Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber XI

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

limes ſalubriter puenerūt. Athenas. de
ſcendentib; eis igr̃ auxilib; ipis Achilles.
p̄dcm̄ Calcās Antiſtitem. Agamenōni
Regi et alijs Regib; grecoꝝ duab; cp̄n
cyxib; p̄ntauit. et ab Achille narrato
reſponſo deoꝝ defutura eoꝝ uictoria c̄t
Troyanos et quaſi· idem Calcās nūa
us Regis p̄ami in oꝛacl̄ū reſponſum
obtinuit. et de mandato ſibi fc̄o ut
ad troyanos nō iret et cū grecis du
rante p̄lioꝝ turbine moraret̄ vniūſi
greci fc̄i ſūt yllares et p̄multo gaudio
celebrant diem feſtū p̄dcm̄ Calcāt anti
ſtitem in eoꝝ fidelem accipiūt et recipi
unt in ſinceritatis amoꝛe p̄mittētes
ei in oīb; placide pſequi uota ſua et
ſic illius dei feſto eſt feliciter fc̄s finis.

liber xi de Grecoꝝ exercitu recedente
ab Athenis.

GReci reſponſis receptis a dijs iā
exoluerant dies feſto cū ſequē
ti die poſt p̄dcā feſta depoſita. Calcās
ille troyanus antiſtes in comitiua
Achillis et patrocli ad teptoꝛium
Agamenonis Regis ſe ꝯtulit mane
fc̄o ubi iam multi Reges grecoꝝ duces
et p̄ncipes ante ꝯuenerāt. qui coꝛā
Rege Agamenone reſidebāt quib; p
Achillem patroclū et Calcām ſalu
tis oraculo reſoluto ac eis ab eis debi

te relacionis obtento reſponſo ſe int̄ alios
ꝯmodis ſeſſionib; collocarūt et ſtatī
ab eodē Calca īpetrato ſilencio i cōi audiē
cia p̄dcōꝝ dixit hec ūba. O. nobiliſſimi
Reges duces et principes qui in p̄nti ꝯgga
cionis oꝛdine uicti eſtis nō ne fuit uīa
p̄ncipalis intencio ꝯtra Troyanos publi
cos hoſtes uīos arma capeſcere q ſub
tanto facinoꝛe ab eis cōmiſſo contra ſe
uīꝛ ūturā poteſtas nō ne creditis aut
putatis Regē p̄amū int̄ nos explo
ratores ſuos hr̃e furtiue qui p eoꝝ bi
cīios ſingl̄a deuītā deſidia mittūt. Nihil
nichil aliud ita utile putetis pagē quā
ei ꝯpetenciā indulgē ſpacia libertatis
ut p eū queſita pſidia cumulet et ſibi
cotidie multa ſbſidia ꝯgreget cū tam
tp̄is ſint iam exacta curricula qd ip
tenti manu debuerītis iam i uadē Regnū
eius nō ne p̄nis eſtatis plures iam
euoluti ſūt meſes in quib; nauigacōi
tp̄s nob ſe dedit acceptū cū oīo placi
ta ſint maria que nauigare uolentib;
blandiunt̄ et dulci ſibilo zephiri aſpirā
tes pequoreas planicies nauigare uo
lentes i dulcedine aeris et ſerenitatis
īuitāt. Cur i eſtatis eſtu uīꝛ nō eſtuar
uīis p maria diſilere ut dulci nauiga
cōis aura pociti felici remige uīoꝝ hoſtiū
puēiātis ad hoꝛas ut eoꝝ aures firma

pertineat de nostra sollicitudine curiosa. non
ut deviam morosa desidia gaudeant. per
quam interim nostra desideria procelantur.
Numquid quod nobis frustratoria credatis promis
sa deorum qui forte propter nostram ingratitu
dinis possunt in contrarium commutari. nunc
parte igitur moris solute naves et vela
carum elevetis in altum. ut festinanter
contra hostes nostros diis faventibus iter in
iter omnimode maturetis. ut de promis
sa deorum velociter et finaliter pertingatis.
Et sic verbis suis idem Calcas tacitus
finem fecit. Verbis igitur Calcas ab omnibus
intellectis dum omnes communiter pro
bant illa. Agamenon statim man
davit ut universi de exercitu per turbe
te sonitum moneantur quod illico naves
ascendant. ab Athenarum portu feliciter
discessuri. nec mora ad tube sonitum
universi naves ascendunt. nodatos fu
nes evolvunt quibus erant naves ipse
firmiter colligate. quamvis subductis
Anchoris et receptis in naves vela eri
gunt que dum ventorum spiramina im
bibunt et extendunt alto pelago se
committunt. nundum enim se per maris spacia
per xv. stadia elongaverant a partibus Athe
narum cum subito serenus aer. qui navi
gantibus arridebat celis obductis nu
bibus noctem ficticiam inducendo. quare

mugit aer tonitruorum crebrium inquietis
et crebre coruscationes noctem ficticiam re
pentinis suis fulgoribus convertunt in diem
et excolatis nubibus in messe pluvie diffu
duntur cum tunc cum crassitie venti tunc
freta maria montuosis se erigunt in procellas
quare navigantes ipsos maximus timor
et tremor invadit dum se videant in mor
tis discrimine constitutos. Sed ille Calcas
Troyanus Antistes fatis suis exorciza
tibus ut erat peritus in eis dixit se tunc
percepisse tante cladis dixit enim dyanam
deam iracundia multa commotam pro eo quod
de recessu nostro ab Athenarum portu sibi
sacrificium oblatum non extiterat a viole
tibus proficisci. Suasit ergo Agamenoni
Regi ut omnes naves in Aulidem siluam
flexis velis in continenti divertant. ubi in
templo quo colitur predicta Dyana ipse
Agamenon sacrificium ipsi dee offerat
manu sua ut sic sedata Dyana inventam
tempestatem evanescere faciat. et tempus
navigationis nobis parabit acceptum.
Nec mora iuxta consilium predicti Calcas
Agamenone mandante naves omnes
mutatis velis et temonibus coaptatis
in Aulidem siluam salve perveniunt que
non multum erat remota ab ipsis. Agame
non itaque Rex festinus descendit in terram
Dyane templum adivit cum devoto corde

Verba eorum Calcantis Antistitis troianorum proditoris dum esset in presencia Agamenonis et aliorum regum in exercitu grecorum contra troianos.

Nota de malicia Calcantis pessimi contra troianos

Aulidem silva

ipsius manibus quedam oblatam pecudem in
sacrificium dedicauit. Confestim igitur
marina tempestas euanuit et aer un-
dique serenatur, uestes exuit quas deposuit
nubilosas, quiescunt maria et nauiga-
re uolentibus indulcat eorum planicie blan-
dimentum. Ex hoc loco quidam sapientes di-
cere uoluerunt qui in astronomie oppo-
sitate laborant, quod dyana que et ipsa est
luna sit domina itinerum, et maxime circulo con-
stitutum fortunata ut sit in domo de-
cima uel undecima cum fortuna, a bonis
aspectibus aliorum felicium planetarum. Et hac
ratione utuntur astronomi usque in hodier-
num diem. Maris itaque tempestate sedata
post sacrificium ab Agamenone dyane
libatum, statim uniuersus Grecorum exercitus
sonitu tubarum dictante naues ascendit.
et felici nauigatione potitus ad tiorum mar-
chias cum incolumitate peruenit, et cuius-
dam castri felicem portum intrat, ubi na-
uibus eorum secure receptis, cum portus ille
fuisset capax ipsarum. Greci naues ipsarum in
eo tuta stacione consignarunt. Huius autem ca-
stri et portus nomen Phrigius Dares in
suo Codice non omisit. Sed hoc est tamen
ut in aliis codicibus inuenitur. quod Sartona
ba ab incolis uocabatur, forte pro eo quod
Grecorum exercitus paucis diebus fuit moratus
in illo. Huius uero castri habitatores qui cole-

Luna domina itinerum

marmata manu cursu precipiti peruene-
runt ad litus putantes Grecos antequam ne in
terram descenderent fatuis in eos qui
consultis propositis conspirantes. Cum uero circa
fatue in grecos irruunt qui iam in terram
descenderant, maris fatigatione lassati,
bellum fatuum constituunt contra eos. Sed
Greci inuariabili quantitate armati descen-
dentes inter eis sue fatuitatis penas
exsoluunt. nam et eos in ore gladii perceperunt
qui pro multitudine Grecos sustinere ali-
quatenus non ualentes fuge subsidio
se committunt. propter quod ad ipsius castri
cacumina festinant anhelantes animo
Grecorum faciem dispergentes. Greci uero
insequentes miseros, qui fuga precipiti
ante eos se eripere minime ualuerunt, eos
captos morti emancipant, singulos quos
interceperunt morti tradunt. uolentes ca-
strum ascendunt quod apertis ianuis ob
receptionem fugientium incolarum inueniunt.
intrant illud et in miseros ibi repertos
qui iam defensionis uiribus dissolutis ce-
debant irruunt ferro interimunt. Castrum
capiunt et predantur et facta preda muros
castri ipsius et queque fortia subuer-
ciantur in ruina. Nec mora deceptis
omnibus uinctis ibidem omnibus et singulis
ruyna deiectis. Greci uictores redeunt
ad eorum naues et ascendunt in ipsas illico

bellum committitur inter [illegible] troianos subditos

Greci descendunt in terram et tenedos castrum primum capiunt et multa mala committunt per eos.

intrant maria et recto remige apud
portum Tenedon veniunt. Ibique eis salu
briter applicantibus iactis extra navium
anchoris in portu eiusdem navibusque depositis in
trant planum portus ipsius. Erat autem predictum
Tenedon castrum quoddam in fortitudi
ne magna firmatum habitacionibus
multis circumcirca repletum multis di
viciis opulentum cum locus ille satis
esset amenus delicijs terrestribus et ma
rinis quod per sex miliaria tantum ut supra
relatum est distabat a Troya. Habi
tatores vero castri predicti timentes excidi
um de se ipsis ad arma prosiliunt. Ca
strum ipsum muniunt bellicosis viris
et armis et se offensioni opponentes con
tra Grecos potenter instituunt annisi. Gre
ci autem eorum navibus commode colligatis
in portu et eis ibi tuta stacione receptis
armati descendunt in terram in glomero
sa multitudine pugnatorum quecumque in
veniunt rapaci preda violenter exponunt
incolas qui se contra eos totis viribus
satagebant infestis conatibus duris
aggressionibus excedunt. Et ideo inter eos et
Troyanos castri ipsius crudelis belli
fervet congressus durum prelium excitatur inter eos.
Cuius rei causa multi cadunt ex Troyanis
gladijs interfecti. Sed plures ex Grecis ad
quorum excidium seu vindictam Greci attamen

anhelantes morti cum vulneribus anxiosius
se perimunt multi ex Grecis intrinsecus inter
fecta nec non et de Troyanis quam plures
Sed demum Troyani sustinere Grecorum innumerabi
lem multitudinem non valentes fuge sub
sidio se committunt et quibus fuge sancte
non fuit alia causa subsidij quam lapsu fuge
ad Troye alta menia pervenire. Illi vero
quibus non profuit ferro intereunt et acerba
morte crudeliter vitas solvunt. Sicque
a Grecis castri ipsius ambitu intercepto
in predictum castrum irruunt ipsum in magna po
tencia debellantes. Troyani vero ordina
tis bellis eorum in summitate murorum adver
sus Grecos durum et duram deffensionem
opponunt tunc eos iactis lapidibus obruunt
nunc eos interimunt vibratione lancearum
nunc ipsos iaculis acutis afficiunt nunc
balistarum crebris sagittis emissis ipsos
letaliter vulnerant et extreme morti con
tradunt. Greci vero diversorum generum machi
nis ordinatis ac diversis arietibus instan
tis in diversis locis quam pluribus bellicas sca
lis appositis letaliter impetunt dum bella
tione Troyanos in quorum debellacione multi
ex Grecis sternuntur a scalis quolibet iam
non pervenientes in terram fractis cervicibus
vitam exalant. Greci ergo passim intereunt.
Sed demum Troyani multo labore lassati se
languida et effeminata deffensione

tuente Agamenone. Quorum Greca intollerabili copia
pugnatorum gloriosa insistencia contra
Troyanos per scalas ipsas castrum ascendunt,
alii per fenestras, alii per murorum liberius sunt
intrantes, et eorum plurimos nexibus appositis
in recompensacionem suorum interfectorum, alios
quotquot ex ipsis invenerunt, aut gladio
periment aut ruina; nemini parcunt, et
etatis discrecione non habita universos mu-
crone truncatos occidunt. Et dum nullus
Troyanorum viveret inter eos, Greci latibu-
la castri scrutantur, quicquid invenitur utile
rapina preda subripiunt et asportant, et
omnibus locis de rebus ablacione penitus vacua-
tis, demum castrum ipsum evertere decreve-
runt. Prostratisque meniis altis ipsius,
totum funditus ex ruina murisque solutis
et in facie terre deiectis, tam de incendiumque
studio quod ignium flammis voracibus sub-
missorum altum. Tenedon ymmo tenet. Et
sic vastatis omnibus, cum triumphis Greci vic-
tores cum preda maxima eorum revertuntur
ad naves.

Liber xij. De consilio Agamenonis quod mittantur ambaxiatores ad requirendum Priamum de satisfaccione iniurie grecis illate

Greci itaque de predictis duobus castris
et eorum incolis absoluta victoria
per obtenta, dum in portu Tenedon eius
planicie vitam ducerent laciorem, Aga-
menon Rex circa regiminis sui offi-
cium studiosam exercens, universos
Grecos ad quos capta preda pervenerat
de rebus et spoliis Troyanorum et duobus
castris ipsis ad se venire mandavit,
et ut omnia que ceperunt ex preda predicta
secum afferrent. Cum statim audito precepto
duces eorum omnes obedienciam observantes
cum omnibus rebus captis ab eis coram ipso
celeriter accesserunt, secum universa capta
ex predicta preda in presencia predicti regis Aga-
menonis illico deferentes. De quibus
per eundem regem distribucionibus factis, equis
ea unicuique distribuit secundum merita
et qualitates ipsorum qui ad obtinendam
victoriam castrorum ipsorum mortem contrariam
non vitarunt. Peractis igitur predictis equis
distribucionibus, ut est dictum, inter homines
bellicosos, idem Rex voce preconia iussit
mandari ut universi Reges, duces
et Grecorum principes sequentis diei aurora
surgente cum aliis maioribus exercitus
ipsorum in eadem planicie convenirent, ubi idem
celebrare generale colloquium intendebat.
Diei sequentis igitur mane facto omnes reges — Celebracio genera-
Grecorum, duces et principes et maiores exerci- — lis colloquij
tus eorundem in predicta planicie satis ampla
convenerunt, et eis commodis sessioni-
bus collocatis, predictus Agamenon Rex — Oratio Agamenonis
sua dextra manu cum omnis iussu tacitis — planicie troie

Nota … victoriam Grecorum contra troianos